

6008 [= 4061] Traiecti in ecclesia maiore RED. Ibidem adhuc in atrio. — Sine loco FIGH.; inter urbanas IVC.

M · FLAVIO · POSTV<sup>mo</sup>  
C · V · PATR · COL ·  
ORDO · ET · POPV<sup>lus</sup>  
MINTVRNENS

Recognovi. Iucundus f. 151; Redianus f. 176; Pighius cod. Berol. f. 210 (inde opinor Scaliger ms. Lugd. p. 267 statim post Aldinas, qua re deceptus Grut. 441, 8 ait dare se ex Aldo); Metellus Vat. 6039 f. 364 d' a Simone Vallamberto; Pratilli p. 160; Ciuffi in actis musei Neapolitani a. 1830 et 1844 et *Bull. Nap.* I p. 134 et Traetto p. 77; Salazaro *Comm. di Caserta* 3 Iun. 1872 p. 28. Ex hoc titulo Caraccioli *descriz. del regno di Nap.* f. 124 citatus a Gesualdo p. 480 not. videtur sumpsisse quod ait legi in atrio ecclesiae cathedralis Trajetti SENATVS · POPVLVSQVE · MINTVR.

6009 [= 4070] Traiecti IVC. 163. 208. 'Haec inscriptio', Pontanus ait, 'prae se fert Oscos (quoniam in Oscis sepulchrum hoc, id est lapis pro sepulchro, hodie extat) enuntiasse praeteritum verbi DECORO in tertia persona non DECORAVIT, sed geminata a DECORAAT'. — Sine loco FIL.; inter Ostiensia FERR.; Labelli prope Venusiam AP. 99 ALIQVE errore (v. vol. IX n. 129\*).

P · LARCIVS · P · L	SAVFEIA · A · L	L · LARCIVS · P · F	P · LARCIVS · P · F	LARCIA · P · O · L
NEICIA	THALEA	R̄V̄FVS	BROCCHVS	HORAEA
5	BONĒIS · PROBĀTA · INVĒISA · SVM · Ā · NVLLA · PROBĀ FVI · PARENS · DOMINĒIS · SENIBVS · HVIC · AVTEM · OPSEQVENS ITA · LEĪBERTĀTE · ILLEI · ME · HIC · ME · DECORAAT · STOLĀ Ā · P̄VPVLĀ · ANNOS · VEIGINTI · OPTINVI · DOMVM OMNEM · SVPREMVVS · FĒCIT · IVDICIVM · DIĒS MORS · ANIMAM · ĒRIPVIT · NON · VEITAE · ŌRNĀTVM · APSTVLIT			
	L · EPRIVS · CHILO · VIAT · TR · PL · ePRIA · CPI...			

Tria exempla extant Pontani, Iucundi, libri Filonardiani. Pontanus posuit in libris de aspiratione, qui exarati sunt a. 1469, editi autem primum a. 1481 f. 9 (p. 72 ed. Basil. 1538); pendent inde Tacuinus f. 79; Apianus 99, 5 (ex hoc Boissard IV p. 51); Waelscapple f. 127. Iucundus refert cod. Ver. f. 163 et denuo f. 208, item apud Bononium cod. Ottob. f. 34, cod. Traiect. f. 128'; pendet ab eo Apianus 194, 2. Filonardianus codex refert f. 114. Exhibent praeterea Ferrarinus cod. Trai. f. 124 particulam (scilicet: POSTREMVM · FECIT · IVDICIVM · DIES · MORS · VITAM · ERIPVIT · VITAE · ORNATVM · NON · NON · [sic] ABSTVLIT); Fabricius ed. 1587 p. 126; Grut. 627, 9 e Scaligeranis, Apiano et Pontano (in ed. 2 locus adiectus est ex schedis Celsi Cittadini, in quibus nos non invenimus, videturque pendere haec adnotatio a Iucundo); Burmannus anth. 4, 336 adhibito codice Cyriaci [immo Bononii Traiectino] et Perotti et Meermanniano; Lupulus iter Venus. p. 346, qui temere corrumpit. Orelli 3031. Est in vol. I n. 1194.

'Fragmentum' Iuc. 163. — Variam lectionem adscripsi Iucundi Ver. 163 et 208, Bononii Ott. et Trai., Pontani ed. pr. (a qua non discedit cod. Ambros.) Filon. — Nomina cum patre patronove primum, deinde cognomina ponunt Iuc. 163 et Fil.; nomina cum cognominibus coniungunt Iuc. 208 Bon.; tria prima commata om. Pont. — In apicibus laudo singulos auctores, ut de quibus tacetur iis careant. — 1 LARC- Iuc. 208 Fil., item praeter articulum primum Iuc. 163, LARG- Bon., LART- Iuc. 163 in articulo primo et Pont. — In primo articulo L · LARCIVS Bon. (Trai.). — NERCIA Bon. (Ott.). — In secundo SANFEIA Iuc., SAVPHEIA Bon. (Trai.). — O · L Bon. — In tertio R̄V̄FVS Fil. — In quarto SP · LARCIVS Fil. — BROCCHVS Pont. (qui huius aspirationis causa titulum laudat) Iuc. Fil., BROCHVS Bon. — In quinto L · LARCIA Iuc. 163. — P · O · L Bon. Fil., P · O · LI Iuc. 208, A · O · F (sic) Iuc. 163, P · L Pont.; quod dedi requirit carminis v. 3. — Ubi finiunt versus, ibi puncta ponit Iuc. 163 videnturque ibi in lapide fuisse interstitia non scripta. — 3 BONĒIS Bon. — PROBĀTA Iuc. 208, PROBĀTE Fil. — INVĒISA Bon. — Ā Iuc. 208 Bon. Fil. — PROBĀ Iuc. 163 Bon. Fil. — 4 FVL Iuc. 163. — DOMINĒIS Bon. (Trai.). — OPSEQVENS Bon. Fil., OBSEQVENS Iuc. Pont. — 5 LEĪBERTĀTE Iuc. 163 Fil., LIBERTĀTE Iuc. 208. — ME · HIC · ME Iuc. 208 Bon., ME · HIC Iuc. 163 Pont., ME Fil. — DECORAAT Pont. (vide eius supra citata verba) Bon., DECORAT Iuc. Fil. — STOLĀ Iuc. 163. — 6 Ā P̄VPVLĀ Iuc. 163. 208, A PVPVLĀ Bon. — OPTINVI] OPTVMV Iuc. 163, OPTIMI Pont. — 7 FĒCIT Iuc. 208, FĒCI (sic) Fil. — IVDICIVM Iuc. 208. — DIĒS Iuc. 163. 208 Fil. — 8 ĒRIPVIT Iuc. 208. — NON post ORNATVM Bon. (Ott.). — VEITAE Bon., VEITE Iuc. 163, VITAE Iuc. 208 Fil., VITE Pont. — ŌRNĀTVM Iuc. 208. — APSTVLIT Bon. Fil., ABSTVLIT Iuc. Pont. — 9 PL · PRI · ACPI (AC · PI Iuc. 208) Iuc. 163. 208 Fil., PRIA · PL Bon., om. Pont. Lapis qui 'fragmentum' dicitur Iucundo, hoc loco ruptus videtur fuisse.

Carmen pertinet opinor ad Horaeam manumissam a P. Larcio Nicia et uxore eius Saufeia Thalea, nuptam autem filio patronorum minori P. Larcio Broccho.

6010 area extra Traetum in massa antea Pacelli, nunc Conte.

D · M  
T · AELIVS · VALEN  
TINVS · VETERANVS  
AVG N · EX EQVITIB  
5 VS · SINGVLARIB · VIVVS  
SIBI · FECIT

Descripsi.

6011 Traetti in un terreno detto il Torello, in un' aja, situatovi nel 1766 CIVFFI. Scilicet subscriptum est in ipso lapide 'A. 1766'.

Q · ANCHARI  
C · F · POL  
NARBONES · EQVES  
EVOCATVS · ANNOR  
5 NAT · XXIII · ALA  
S · CAEVAE

Recognovi. Ciuffi Traetto p. 79.

Evocatus hic non fuit ex genere evocatorum cum praetorianorum institutione coniuncto, sed comparandus est Campano supra n. 3886 aetatis Caesarianae. Eodem fortasse redit tribus Pollia hominis Narbonensis; certe posteriore aetate cives Narbonenses censebantur in Papiria.